



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

2. Quibus temporibus iejunium ab Ecclesia præceptum sit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

- bus interdum plus permittitur & studiosis literatu-
- 10 Non licet collatiunculam circa meridiem acci-  
pere, cœna in noctem translatâ est vñiale, quia  
consuetudo collatiunculæ cum sic contra ius com-  
mune introductory, extendi non debet & valde et-  
iam refert in his vñiformem Ecclesiæ morem re-  
tinere.
- 11 Qui refæctionem siue cœnam multum sine cat-  
fa anticipat, venialiter peccat tantum, quia hodier-  
na consuetudine introductory tempus refæctionis  
non videtur requisitum ad substantiam ieunii, sed  
accidentarium solùm est; Olim tamen anticipatio  
graui prohibita erat.
- 12 Quoties aliquis in die ieunii comedit carnes to-  
ties mortaliter peccat: nam mens Ecclesiæ est, sic in-  
terdicere carnes absolute, ut nunquam in die prohi-  
bito comedantur cuiusmodi negatio distributio-  
nem tribuit prædicati, more aliarum negatiuarum  
propositionum seu præceptorum.
- 13 Qui ieunium altera plena refæctione violare eo  
die solutus est, eo quod forma ieunii destruetur,  
manet tamen obligatio à carnis abstinentiæ quip-  
pe à priore obligatione diuidua.

## C A P. II.

*Quibus temporibus ieunium ab Ecclesiis  
præceptum fit.*

- 1 **Q**uadragésimæ ieunium ab Apostolis institu-  
tum semper in Ecclesiis quamvis variè obfir-  
matum fuit.
- 2 Sabbatho ieunare occidentalibus plerisque Ec-  
clesiis usitatum erat, sed orientales in festis can-  
bant, ideo non ieunabant.

Credi-

Credibile est, olim in omnibus Ecclesiis bis in 3  
hebdomada iejunatum fuisse; in oriente Feria qua-  
ta & sexta: Occidente Feria sexta & Sabbatho.

NB. In aliquibus Galliæ partibus, per consuetu-  
dinem licet comeduntur carnes die Sabbathi, & in  
Hispania die Sabbathi intestina. *E. H. d. G. s. v. i. a. m.*  
carnes die Sabbathi. *N.B. layman hoc pan habet nec*  
*sermon est de loco isto*

Ieiunia quatuor temporum antiquissimam initi- 4  
tionem habent secundum quatuor anni tempora,  
que olim præmittebantur ante ordinationem  
sacram.

A Paschate usque ad Pentecosten iejunia secun- 5  
dum antiquissimam traditionem cessant.

Quædam Vigiliæ festiuitatum cum iejunio ce- 6  
lebrauntur, partim ex mandato Ecclesiæ, partim con-  
suetudine introducta ut vigilia Pentecostes S. Ioan-  
nis Baptistæ, S. Laurentii & omnium sanctorum.

Statio iejunium vigiliæ interdum promiscue à 7  
scriptoribus usurpanitur, licet re ipsa differant. Sta-  
tio dicta quia stabant Christiani sub oratione in Ec-  
clesia diebus iejuniorum ante accessum ad mensam.  
Vigiliæ sic dictæ, quia post cibum sumptum popu-  
lus Christianus ad Ecclesiam reuertebatur ut ibi in  
orationibus vigilaret. Olim etiam in Adventu ie-  
junatum est, unde preces dicuntur ad horas.

Abstinencia à carnibus in diebus Rogationum 8  
de consilio est, non de præcepto.

Dominico die iejunare hodie prohibitum non 9  
est per se loquendo, sed non iejunatur ob lætitiam  
resurrectionis.

### CAP.